

A lingua à nobis differunt. Habet enim eorum lingua primitam quid tum à natura tum ab ingenio datum. Diuisam enim linguam natura dedit, qua scinditur in inferiori parte, ut ab radice duplex esse videatur. Itaque varia utuntur loquaciam non solum voces hominum loquantur, sed autem diuersarum imitentur cantus. Quod uero uidetur admirabilius, unum cum duobus hominibus perficie simul tum respondendo tum disputando loquuntur. Vnde enim linguae parte uniuersitatem, reliqua alteri. Purum ibi esse integrum anno aërem constat: quemadmodum poëta scribit, pürum supra pürum, malum supra malum, uā supra uitem, sicum supra sicum senescere. Este insuper tradunt continuo diem parem noctem. Circa meridiem nullam fieri rei aliquis umbram, cum supra ueritatem sol existat. Viuunt autem secundum cognationes ac cœtus: qui tamē quadringtones non excedant. Habitantes in pratis, ferente absq; cultura sponte sua uberes fructus terra. Nam insulæ uirtus, aërisq; temperies terram sua sponte frugiferam ultraq; satis est, reddit. Nascentur apud eos arundines plurime, se rentes uberem fructum albo eruo persimilem. Hos collectos spargunt aqua calida, quoad auctius ouis columbae magnitudine æquat. ex his postmodum cōtritus panem conficiunt, dulcedine præstante. Sunt etiam in ea aquarū fontes permagni: ex quibus partim aqua calida ad usum balneorum, ad curandosq; morbos manant: partim summa dulcedine frigidæ, qua ad ualitudinem conserunt. Est quoq; omnium doctrinarum, maximeq; astrologiæ apud eos cura. Utuntur literis, quas habent uiginti & octo secundum uirtutem significandi, characteres uero septem: quarum quælibet quatuor interpretatur modis. Longissimæ sunt ætatis: ut qui annos centum quinquaginta uitam agant, et absq; aliquo ut plurimum morbo. Si quis febricitet, aut corpore eger fuerit, mori statuta lege compellunt. Non scribunt per latus, ut nos, sed à superiori parte recta linea ad inferiorem. Mos est eis ad certam usq; ætatem uiuere: qua perfecta, uariam sibi mortem sponte cōsciscunt. Gemina est apud eos herba super quam si quis faciat, in suauem deductus somnus, moritur. Mulieres minime nubunt, sed omnibus sunt communes. Simili modo & filiis educantur, communique amore sunt omnibus. Abducunt saepius à nutritiibus infantes, ne matres filium recognoscant. Quod sit, ut cum nulla sit apud eos ambitio, aut præcipua affectio, concordes absq; ulla seditione uiuant. Este insuper animalia et in insula magnitudine quidem parua, sed natura ac sanguinis uirtute admirabili. Corpore sunt rotundo, ac testudinibus simili, duabus lineis inuicem per medium transversis: in quarum cuiuslibet extremitate auris & oculus: ut quatuor oculis uideant, totidem audiant auribus: unicis uentre atque intestinis, in quæ comepta confluant. Pedes circum habent plures, quibus in utramque partem ambulant. Huius beluae sanguis mirabiliter afferitur uirtute. Omne enim corpus concisum, dum spirat, hoc tinctum sanguine, euestigio coharet. Similiter & manus cæsa, reliquæq; corporis, dum uita suppetit, partes resarcuntur, si recenti adhuc applicetur vulnus. Quisq; cœtus nutrit magnas diuersæ naturæ aues, quibus experientur quales filii sint futuri. Impositis enim super aues infantibus, si uolantes per aera immotu non expauescant, educunt. Sin uero timore ignaviaq; deficiunt, proiecuntur: ut neq; diutius uicturi, & animi exercitio inutiles. Cuiuslibet cœtus senior alijs tanquam rex, cui parēt omnes, imperat. Annis centum quinquaginta actis, le ipsum uita ex lege privat. post eum senior accipit principatū. Mare quo insula circundatur, fluctuum, & quod motus ingentes facit, dulcis est aquæ gustu. Arcus, & pleræq; stelle que nobis apparent, minime ab illis conspi ciuntur. Septem uero insulae simili magnitudine paribus inter se suisdem gentis legisq; existunt. Omnibus eas incolentibus quamvis terra sua sponte abunde uictum ferat, tamē his modestè utuntur. Simplices enim cibos appetunt, nutrimentum quod satis est quærentes: carnis tum allis, tum elixis uescuntur: coquorū artem, uarijsq;